Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

, 412.

Cod. CLXXXIV.

Chartac: Fol: Soec: 13.

2

2.7.

1. Fol: 1a–10b.

Hugonis de S. Victore Soliloquium de arrha anima. "

Hugonis de S. Victore Soliloquium de arrha anima, quod incipit: "Loquarse, creto anime mee! Plura de hoc quicunque, pit, adeat Codicem XCVI. num: 5.

2. Fol: 10b–76b.

S. Isidori Hisp. Lib. III. Sentent. de Suno bono.

S. Isidori Hispalensis Episcopi Libri III. Sententiarum de Summo bono, qui continentur jam in Codicibus LXXI. num: 1. LXXVIII num 1. et CXXV. num: 2.

3. Fol: 77–95b.

Ejusdem Synonyma, seu Soliloquia.

Ejusdem Isidori Synonyma, seu Soliloquia. In codice nostro vocantur Soliloquia, cum rubrica praefixa sit: " Incipit liber Soliloquiorum Sancti Isidori episcopi. " Synonyma vero audiunt in edit: Opp: S. Isidori curante Margar: de la Digne Paris: Fol: 1580. T. II. pag: 57. Soliloquus incipit: " In sequenti hoc libro qui inscribitur Synonima; Opus ipsum: " Anima mea in angustiis est! " Totum complectitur meditationes, et praeceptiones morales, quae Soliloquia vocantur, quia homo soliloquens secum plangens, vel rationem in consilium vocans inducitur; Synonyma vero, quia eadem res aliis, aliisque verbis repetita inculcatur.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

, 413.

Duo autem hic notanda mihi videntur; pri-
„mo: capitulorum inscriptiones et plures, et
alias esse in codice nostro, aï in prefata editio,
„ne Pignaï; secundo: post memoratum prologum
extare in codice nostro alterum, cujus initi,
„um est:" Venit nuper ad manus meas, „qui Pi-
„gnaeum latuisse videtur. Editiones, et eos,
qui de Isidoro scripsere, videsis apud Fabric.
Bibl. m: & inf: Latin: T: 4. p: 183. Legg:

4. Fol: 95b–100a.

S. Augustini Liber de assumtione B. V. Mariæ. Rubrica præcedit: „Incipit prologus
„Augustini de assumtione corporis gloriosæ et
„perpetuæ virginis Mariæ; prologi autem ini-
„tium est:" Ab interrogata de virginis et ma-
„tris domini resolutione temporali eta sump-
„tione perhenni". Opus ipsum inchoatur: „
„Quia profundissime et sua dignitate altissi-
„me rem respondemus quæstioni". Ab aliis hoc
opusculum vocatur Sermo, extatque in edit:
opp: S. Augustini Mauriana Fol: 1683. Tom: 6.
col: 250 in appendicem rejectum tanquam opus
incerti authoris. Ab aliis autem sit Fabric:
Bibl: m: & inf: Latinit: T: 1. p: 82. col 2. tri-
„buitur Autperto Abbati Casinensi, qui flore-
„bat circa annum 834.

S. Augustini Liber de assumtione B. V. Mariæ.

Autpertus Abbas Casinensis.

5.c Fol: 100a–106a.

„S. Augustini Meditationes"; ita inscriptio,
initium autem est: Domine deus meus da cordi
„meo te desiderare, desiderando quærere, quæ-
„rendo invenire, inveniendo amare" &c. Ex-
stant in edit: opp: S. Augustini numero superi-
ori citata Tom: 6. col: 709 in appendice, ex
qua patescit codicem nostrum nonnisi capita

S. Augustini Meditationes.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

, 414.

meditationum novem priora complecti. Erasmus, quem secuti sunt editores opp: S. Augustini Lovanienses T. IX. dicit authorem earum esse vel Augustinum, vel qui ejus Libros non indiligenter legit. Verum Bernardus Vindingus, et editores Mauriani illas Augustino abjudicandas esse non dubitant ex rationibus in admonitione l. l. c. col. 103 propositis. Idem ex codice veteri Abbatiae Mettensis capitame ditationum viginti quatuor posteriora l. to tum enim ibidem XLI capitibus absolvitur. vindicare cuidam Joanni, Abbati, uti credi tur Fiscamnensi, qui anno 1178 diem obiit. An etiam author nostrarum sit, dubito.

Joannes Abbas Fiscamnensis.

6. Fol. 106a–109a.

S. Augustini Sermones tres.

S. Augustini Sermones tres. Inscriptio sonat: " Augustinus de sanitate animae, et de indigna familiaritate mulierum". Primus sermo incipit: " Nostis fratres karissimi omnes homines sanitatem corporis querere." Secundus: " Bene nostis fratres karissimi me vobis frequenter supplicasse". Tertius: " Osculemini fratres karissimi: quia mea non cessat humilitas. In fine additur: " Explicit augustinus de sanitate" &c. Verum sermones istos Augustini non esse certus sum, tum quia abeditoribus Maurianis l. excepto secundo ignoratur, tum quia ab Augustini dictione quam longissime deflectunt. Secundus quidem sermo, qui incipit: " Bene nostis, extat in edi tione memorata T. V. in appendice col. 462. Sed censura ab editoribus hacce notatur: " Nomine Augustini citavit olim Bonifacius " Moguntinus episcopus, Germanorum dictus " apostolus in epistola ad Zachariam Papam. " Haud immerito tamen per Lovanienses in Ap pendicem rejectus est; qui notant Lipsium du

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

, 415.

Cæsarius Helatensis.

„bitasse, an sit phrasis Severiani. Nobis omni„no Cæsarii esse videtur." Sed nec in Cæsarii Homiliis (Bibl. Patrum edit. Lugd. T. 8. & 17.) nec in Galandii collectione offenduntur.

7. Fol. 109–160.

Hugonis de S. Victore libb. V. de arca Noemorali.

Hugonis de S. Victore Libb. V de arca Noemorali. Titulus præmittitur: „Incipit Hugo de archa noe pro archa sapientia cum archa ecclesie et archa mris (majoris?) gratie." Prologi initium est: „Cum sederem aliquando in conventu fratrum." Extat hoc opus in edit. Opp. Hugonis Mogunt. 1617. Fol. curante Gar„tonio T. III p. 195. ibique IV Libris absolvitur. Noster autem codex his aliud opus addit, quod in præfata editione singulariter sub nomine mystica Arcæ Noe descriptio p. 187 occurrit, tanquam librum quintum conti„nua serie subjungit; ultima enim verba libri IV. in contemplatione veritatis (a) time„diate sequitur: „Breviter dictum eram sed fa„stidior vobis multa ne delectat loqui. Et quia hoc fortasse quod dicerem si vestrum fastidium non timerem. Nunc ergo ipsius archæ nos„træ exemplar proponamus sicut proposuimus quod exterius depingimus (ut foris dispiciamus) Quid intus agere debeas. Et cum hujus essem„plaris formam in corde tuo expresseris (domum) dei in te edificatum (am) esse literis. Incipit liber quintus de pictura archæ. Primum in planicie ubi archam depingere volo." Hæc verba initialia sunt operis, quod dicitur mystica Arcæ Noe descriptio. Finito hoc libro sequi„tur in Codice nostro (Fol. 154. Col. 1.) Capita 14. 15. 16. 17. et 18. Annotationum elucidatorium de Scripturis et Scriptoribus sacris ejusdem Hugonis quorum primum incipit: Di„ligens scrutator sacri eloquii rerum significa„tiones nequaquam negligere debet." In

(a) In Cod. nostro Fol. 144 p. I. Col. 2.

Ejusdem mystica Arcæ Noe descriptio.

Ejusdem Annotationum elucidatorium cap. 14–18.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

, 416.

predicta editione habentur T. I. p: 5.

8. Fol: 160 – 171.

S: Ambrosii de Nabuthe Jezraelita liber unus. Incipit: „Nabuthe hystoria tempo„re vetus est usu cottidiana“. In codice nostro titulum gestat Sermonum, et revera hic liber nihil aliud continere videtur, nisi unum, alterumve Sermonem, quos Ambrosius in divites, a quibus tenuioribus fortunæ homines, immanissime diripiebantur, toto mentis ardore pronuntiavit. Extant in edit: Opp: S: Ambrosii Mauriana Tom I. col: 563.

S: Ambrosius quadragesimo ætatis anno a tribunalibus ad episcopatum Mediolanensem raptus, eundem summa cum fide, ac constantia gessit usque ad annum 398. Scripta illius a Cave, et Oudino diligenter enumerantur; ipse autem Scriptores, atque operum editiones recensuit Fabricius in Bibl: Latina lib. IV. c: 3.

9. Fol: 171 – 174.

S: Augustini de hæresibus Liber. Incipit: „Quidam autem hæretici qui de ecclesia recesserunt et nomine christianorum auctorum nuncupantur“. Scriptum istud breve nomen quidem Augustini in fronte gerit, sed interope ra illius non reperitur. Convenit nonnun quam quoad verba cum opere genuino S: Augustini de hæresibus in edit: Mauriana Tom VIII. unde non inepte illius epitome dici posset.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

, 417.

i). Fol: 174–195.

S. Joann: Chrysostomi de reparatione lapsi liber unus.

S: Joannis Chrysostomi liber de reparatio, ne Lapsi, seu ad Theodorum Lapsum Paraenesis III. Incipiunt: " Quis dabit capiti meo aquam " &c. Scriptae sunt eo fine, ut Theodorum, qui saeculare vitae rationem amplexus fuerat, et de uxore ducenda consilium iniverat, ad vitam asceticam revocarent. Notat Oudinus Script: eccles. T. I. col. 724 verum istarum Paraeneseon ordinem inversum, primoque collocatam loco post alteram esse rejiciendam. Id ipsum affirmat du Pin in nouvelle Bibl: de Auteurs eccles. T. III. pag: 56 dicens: cette derniere exhortation devroit être la premiere." Plura de S. Chrysostomi operibus iidem suppeditant, quibus adde Cavcum. Extat in edit: Opp: S. Chrysost: Franof. 1698. et 1723. T. IV. col: 346 interprete incerto.

S: Joannes Chrysostomus patria Antiochenus, episcopus Constantinopolitanus zelosissimus, animam coelo remisit ao 407.

ij). Fol: 195–206.

Ejusdem tractatus de compunctione cordis ad Demetrium."

Ejusdem tractatus de compunctione cordis ad Demetrium. " Cum te intueor beata se frequenter insistentem mihi". Typis prodiit in praefatis editionibus T. IV. Col: 98. itidem incerto interprete, sed ut notat Oudinus Script: eccl: T. I. Col. 720. veterem magis, quam re, centionum aliquo, utpote qui in vertendis orationibus libertate usus est.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

, 418.

12. Fol. 206a–214a.

Gjusdem tractatus de compunctione cordis ad Secechium, cujus initium est: " Et quomodo fieri potest o homo dei. " Incerto, sed eodem, ac codex noster ms. interim, te reperitur in cit. edit. T. IV. col. 122.

13. Fol. 214a–220. 219b

Hugonis de S. Victore libellus de modo orandi.

(a) in edit. charissimo.

Hugonis de S. Victore libellus de modo orandi. Rubrica praecedit: " Incipit tractatus domini Hugonis de modo orationis: " Initium prologi est: " Domino et Patri (a) H. munusculum hoc dilectionis mee. Quoniam inchoatur: " Quo studio et quo affectu a nobis orandus sit deus. " Prodiit in edit. Opp. Hugonis Moguntiæ 1617. T. II. p. 153.

14. Fol. 220a–224b.

Joannis Andreæ Summula super IV. libro Decretalium.

Joannis Andreæ Summula super IV libro Decretalium. Rubrica praemittitur: Summula domini Johannis Andree super IIIIo libro Decretalium. " Incipit: " Christi nomine invocato. " Idem omnino opusculum, de quo jam actum est in Codd. CXXVI. n. 2 nec non CXLIII. n. 3. ubi vocatur tractatus de sponsalibus et matrimonio.

15. Fol. 224b–230. 229b

Gjusdem lectura consanguinit. & affinitatis.

Lectura arborum consanguinitatis et affinitatis Domini Johannis Andree; ita rubrica. Initium est: " Circa lecturam arborum. " Jam dictum est de hac lectura in Cod. CXLIII. num. 4.

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

, 419.

16. Fol. 131–289.

Joannis Nider Consolatorium timoratæ conscientiæ.

Joannis Nider consolatorium timoratæ conscientiæ. Absque ulla inscriptione incipit prologus: "Apud disciplinas reperimus physicas". Hunc sequitur tabula capitulorum, qua finita legitur rubrica: "Presens tractatus intytulari poterit consolatorium timorate conscientie". Opus ipsum inchoatur: "Primo igitur animadvertendum quod conscientia uno modo sumitur pro re conscita! Coronidem imponit operis fini authoris non minus sana, quam ingenua censura, ait enim: "Tantum de consolatione timorate conscientie dixisse sufficiat a cujusmodi compilatione siquis que quod suum est recipere velit nihil aut modicum autori manebit! Possidet bibliotheca nostra Consolatorii editionem pervetustam sine anno, loco, et typographo, quam videsis in Antigg: typograph: fo: 70.

Ad oram superiorem folii omnium primi (: quod est membraneum :) hæc scripta leguntur: "Anno domini 2c 48 pro domino Johanne de Weytra nunc octonario ad S. G. (: S. Stephanum ?. :) nunc magistro chori. Istum libenum est mihi testatus venerabilis vir ac egregius sacri juris doctor Dominus Thomas de Zwetl qui obiit anno Domini 1455. in vigilia pentecostes cujus anima requiescat in sancta pace amen."

Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 184

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: manuscripta.at - Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken
Permalink: manuscripta.at/?ID=27521

Hill Museum & Manuscript Library, Saint John's University, Collegeville MN, USA - Online manuscript description:
OLIVER - Online manuscript description (HMML)